



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

31. Maji. Præter omnia velim unumquemque vestrum cum zelo gloriæ Dei, proximorúmque salutis, Jesu Christi Salvatoris nostri puro, & sincero amore lucere. S. Ignat. Epist. de perf.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



teria. Non tam quid muneris, quàm quomodo agas, te commendet.

Bene facere, est rem ad legum amissionem facere; suo rem quamque tempore & modo facere; à neutro vel latum unguem recedere. Sic qui agit, multùm facit, esse non multa.

### 31. Maji.

*Præter omnia velim unumquemque vestrum cum zelo gloria Dei, proximorumque salutis, Jesu Christi Salvatoris nostri puro, & sincero amore lucere. S. Ignatius  
Epist. de perf.*

**M**inùs te est, quidquid amas; infra te am descendis, dignitatem, quod aliquid præter Deum amas: omne enim illud terra est, aut sub terra natum, quibus te præposuit natura, turpiter infra illa te abjicit concupiscentia.

Licèt omne aurum, quod ars hæctenus aut natura produxit, amore mercari potest, tanti emendum non esset; plus amare valet, quàm omnes thesauri.

Si creatis amorem tribuas, te perdis quia das non recuperaturus, das non redimitur; qui horù semel amore illaqueatus hæ-



hæret, egenus est maximè, quis enim egenus  
tior, quàm sui?

Sine corde sunt ista, quæ amas, non re-  
damant. Ibi tuus figatur amor, unde reci-  
procum sperare possis, eúmque sincerum  
unà, & sempiternum; quem extra Deum  
non invenies.

## I. Junii.

*Ad quem finem vocati estis, ad eum infra-  
ctis animis enitimini, cum tot ejus causâ  
vobis à Deo auxilia, & instrumenta sup-  
petant. S. Ignat. apud Bart. l. 4. 328.*

**I**nnumeras habet gratias vocatio pedis  
sequas, seriem illarum huic Deus alliga-  
vit. Ut annulum annulus in catena, sic  
gratiam gratia in vocatione excipit. Dum  
tamen augentur dona, rationes etiam au-  
gentur donorum.

Multis obæratu multum debet. Cave,  
ne multitudine obruaris, & ipsa Dei libe-  
ralitas te miserum efficiat; quantò ampliùs  
accepisti, tantò arctius habes vinculum, es  
in are alieno. Vide: quâ solvas.

Sublimis est finis tibi à Deo constitu-  
tus, nec minora tamen ei assequendo præ-  
sidia; ita hæc ad illum dirigenda, ut magna